



**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Psalmus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55294)

## PRÆPARATIO AD MISSAM.

Pro opportunitate Sacerdotis facienda.

*Antiph.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Que Antiph. in duplicitibus tam  
suum duplicatur. Deinde dicuntur sequentes Psalmi.

*Psalmus.*

**Q**uam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

*Cor*

*Celebrandi Missam.* 137

**C**or meum, & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

**E**t enim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum: ubi reponat pullos suos.

**A**ltaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

**B**eati, qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te.

**B**eatulus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

**E**t enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

**D**omine Deus virtutum exau-

K di

di orationem meam : auribus percipe Deus Iacob.  
Protector noster aspice Deus  
& respice in faciem Christi  
tui.

Quia melior est dies una in atrijs tuis : super millia.  
Elegi abiectus esse in domo  
DEI mei : magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit D E V S : gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia  
Domine virtutum , beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

*Psal-*